

A. E. D. D.  
22.

# CENSURA MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM VEGETABILIUM,

QUAM,

CONSENTIENTE EXPERIENT. FACULT. MED.  
IN ALMO UPSAL. LYCÆO.

SUB PRÆSIDIO  
*VIRI NOBILISSIMI ATQUE EXPERIENTISSIMI*  
DN. DOCT. CAROLI  
LINNÆI,

SÆ RÆ MAJ:TIS ARCHIATRI MED. ET BOTAN. PROF,  
REG. ET ORD. ACAD. IMPERIAL. MONSPEL. STOCKH.  
BEROL. TOL. ET UPSAL. SOCII.

NEC NON

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,

CANDIDO BONORUM EXAMINI PLACIDE SUBMITTIT

GUSTAVUS JAC. CARLBOHM,  
HOLMENSIS.

IN AUDIT. CAR. MAJ. D. ~~XII~~ DEC. MDCCCLIII.  
H. A. M. S.

---

HOLMIÆ, Exc. PETRI GEORGII NYSTRÖM,

VIRO

Maxime Reverendo atque Celeberrimo,

DN. MAG. JOHANNI  
GUSTAVO  
HALLMAN,

S. S. Theologiæ DOCTORI, Templi St. HEDV.  
ELEONORÆ ANTIS FITI Dignissimo,

Nec non.

Consistorii Urbici Stockh. ADSESSORI Gravissimo.

*PATRONO MAXIMO.*

**H**as Studiorum meorum primitias,  
ob innumera, in se cumulata  
favoris & patrocini*i* documenta, in  
perpetuæ observantiæ tesseram, cum  
omnigenæ prosperitatis devotissima ad-  
precatione, consecratas esse voluit

Maxime Reverendi  
NOMINIS TUI,

**IV.**

*Cultor humillimus,  
GUSTAVUS JACOBUS CARLBOHM.*

ÅLDERMANNEN  
H E R R  
**ARVID CARLBOHM.**

Min kåraaste Fader.

Här lämnas förstlingen af den blomman, som under en  
Öm Faders vårdnad njutit sin rätta ans, förutan hvil-  
ken hon längesedan bleknadt och visnadt. Jag menar dessa  
få bladen, som i sig sjelfve åro en liten vinning för myc-  
ken utgift. Når jag estersinnar, huru mycken möda min  
K. Far haft ospard ifrån barndoms-åhren til min förkofran,  
få måste jag rodna, då jag deraf bårgar en så ringa kårf-  
wa; Men ehuru enfaldige dessa blader åro, så beder jag  
dock, at min K. Far täcktes, af vanlig kårellek, tillåta dem  
blifva et offer åt Eder. Wärda mig ännu en tid, jag lof-  
var, at de visdoms blomster jag bryter på SALÆ ångder  
skola af sig sprida en luckt, som vederquecker en Öm Fa-  
der i dess sena ålderdom. Himmelén låte mig allenast den  
lyckan vederfaras, at jag, med en af ålder darrande hand,  
får skriuva hvad hjertat täncker.

Min kåraaste Faders.

*Lydigste Son*  
GUSTAF JACOB CARLBOHM.

**D**et umgänge jag haft med Eder ifrån de yngre åhren, då vi lefde under en Ledare, var grunden, hvarpå vi bygdt en oryggelig vänskap; Sedan gingo vi i flere åhr tilhopa vid Apollos säte, at dricka Wisdoms mjölken; Jag fant Eder önskan vara at bereda Er väg til spetsen af Parnassen, då jag åstundade at fara ned i bårgens mörka och förskräckeliga rymder. Vid så olika tankar skildes vi åt. Nu märker jag min Bror, at Ni söker fullborda Ert syftemål, i det Ni medelar oss första frugten af Eder flit. Tack för Edert vackra arbete: far fort i så berömmeliga Idrötter, så lären J snart finna *Hatten* och *Åbran*.

*Önskas af min Brors  
trogna Vän*

CARL ISRAEL HALLMAN,



## D. D.

### PROLOGUS.



E<sup>st</sup> ojam tempore vivimus, quo, Pars illa Machaoniæ artis, MATERIA MEDICA dicta, accuratissimam in Europa censuram subire ceperit: Galli enim, Germani, Britanni, Hispani aliique nova composuerunt *Dispensatoria*, e quibus magna pars veterum Medicamentorum explosa est, parum licet vel nihil substitutum fuerit. Atqui hoc tempore gaudeamus, Nobilissimum Dominum Archiatrum BÆCK, a S. R. Majestate, Præsidem Collegii Regii Medici constitutum esse, cum ille ipse, non minus in his quam in ceteris Medicinæ partibus, eximiam pror-

A

fus

sus sibi comparaverit eruditionis laudem. Hic Reg. Collegium Medicum vix prius ingressus est, quam flagrantem suum ostendit zelum, in alma nostra patria incrementa Medicinæ promovendi. Postquam igitur, hac de re cum Regio Collegio Medico, consultasset, omnium primo id ipsi curæ cordique fuit, ut Materia nostra Medica emendaretur, quo sic hæc nostra non minus casta terfaque existeret, quam exterorum aliqua. Et, ut hoc eo felicius succederet, litteræ, a R. Collegio Medico, ad omnes Facultates, ad Provinciarum Medicos & Pharmacopolas nostrates omnes, missæ sunt, rogantes, ut, intra currentis anni finem, observationes suas, circa Materiarum inutilium exclusionem utiliumque præscriptionem, transmitterent. Atque hoc in causa est, quod, Nobilissimus Dominus PRÆSES, mihi Specimen aliquod edituro, hanc, non aliam injunxerit materiam, in qua ingenii mei vires, quas sentio quam sint exiguae, periclitarer. Cum vero, in singula Naturæ Regna, e quibus Materia Medica assumitur, nec vires, nec ea, qua circumscriptus sum, temporis angustia, expatriari permittant; *regnum tantum vegetabile*, ut plerorumque Medicamentorum prodromum, ac mihi melius notum, perlustrare constitui; idque ita, ut non solum eas, quæ in Pharmacopoliis inutiles & otiosæ re-

servantur Plantæ, atro carbone notem, verum etiam, ut simul exponam, quænam his utiliores substitui possint. Qua vero dexteritate hoc meo perfunctus fuerim officio, penes Te esto judicium L. B. cuius favori benignæque censuræ, me pariter ac fœtum meum, etiam atque etiam commendatum volo.

## CAPUT PRIUS.

### §. 1.

Si varias illas consideremus infirmitates, quibus corpus humanum sæpiissime laborat, statim apparet, Medicinam non solum maxime utilem, verum etiam plane necessariam esse scientiam, hujus enim beneficio corpus nostrum in statu Sanitatis conservatur, hujus beneficio contra morbos munitur, hujus denique beneficio restituitur valetudini, dum morbis laborat, atque sic hujus ope conservatur, quod a natura nobis carissimum & pretiosissimum est datum. Hac igitur arte quid dignius? quid utilius? quid magis necessarium cogitari potest.

### §. 2.

Sed ut nihil simul inventum atque perfectum est, ita nec Almænostræ Medicinæ ad debitæ perfectionis fastigium ascendere licuit; Sed a primordiis sat exiguis magis magisque incre-

menta cepit. Non itaque negamus, veteres æque ac recentiores, variis calamitatibus pressos, egregia multa suaque non defraudanda laude invenisse Medicamenta. Hæc tamen, Seculis barbaris, qua magnam partem, oblivionis caligine sepulta fuerunt, idque eam imprimis ob causam, quod vetustioris ævi Mystagogi artem nondum didicissent, Res Naturales adeo distincte & complete definiendi, ut inter se probe distingui possent, unde postea factum, ut non confundenda confunderentur. Accedit, quod Medicina veterum, cognitionei imprimis Empirica fundata erat, quam quidem, rationem artem medendi stabiliendi, nos non rejicimus; Sed eandem potius tanta, quanta subtilem unquam theoriam dignam judicamus laude. Quidquid tamen sit hac ratione, evitari non potuit, quin, partim ob malam morborum delineationem & classificationem, partim ob fidem auctoriibus non satis habendam, partim etiam ob naturam ægroti Medicamento imputatam, interdum irrepserint fallaciæ.

## §. 3.

Tenebris demum pulsis Scientiarum, ille tandem illucescere cepit dies, quo Auctores, *Medicamentorum Simplicium Historiam* e Scriptis veterum colligerent, simulque ostenderent, quænam Plantæ, sub hoc vel illo nomi-

nomine, a veteribus indicarentur; At magna difficultas, non tam facile superanda, hic se-  
se obtulit, partim inde, quod Plantæ, uti  
antea dictum, nec rite definitæ, nec in for-  
mam redactæ essent Systematicam, partim  
quoque inde, quod Græcorum plantæ auc-  
toribus ad manus non essent, hinc facilis est  
conclusio, quam incertæ tunc temporis fue-  
rint plantarum determinationes, dum inter  
Auctores ipsos infinitæ de hac re intercesser-  
unt controversiæ. Varias deinde Plantas,  
ob insignem quendam usum Medicum in  
Pharmacopolia introduxerunt Recentiores  
Medici, quarum utilitatem Theoria non so-  
lum, sed & Experientia comprobavit.

## § 4.

Erroneæ & superstitiones illæ, quas Me-  
dici olim de influxu *Siderum* in Plantas, de  
*Signatura externa*, & quæ sunt reliqua, fo-  
verunt sententiæ, certis herbis, in certis fa-  
nandis morbis, aliam majoremque attribue-  
runt vim & efficaciam, quam qua revera  
instructæ fuerunt. Et has præconceptas opini-  
ones, aliorumque data exempla, tam vali-  
da fuisse experti sumus, ut nonnullæ Sectæ,  
Medicamenta quoque HEROICA, e. g. *Opium*,  
*Mandragoram*, *Chin-Chinæ corticem* aliaque  
proscripserint, horumque in locum nulla alia,  
quam insipida, inodora, inertia, oleracea &  
effœta, e. g. *Beccabungæ*, *Bellidis* Herbam a-

liasque substituere sint aussi. Antion itaque experimenta a medii ævi Medicis instituta, digna sunt, quæ severissimam subeant censuram, dum non nisi composita longasque remediorum formulas præscripserunt, cum tamen Species morborum ad Genera referre, nedum eas a se invicem distinguere noverint, licet Species diversæ unius ejusdemque generis, agnoscant causas longe diversissimas, ut una eademque medicina nequeat valere semper in eodem genere. Si itaque Medicinam ad perfectionem unquam ascendere oportet hoc, ut principium & lex sancte servanda, assumendum est, *Species morborum inter se quam accuratissime distinguendæ, nec nisi simplicia præscribenda Medicamenta.* Interim hanc metam prius forte attingere non licet quam usu receptum fuerit, non nisi simplicibus solum, quantum fieri potest, ut Medicamentis. Quasdam etiam hac in re habemus prærogativas veteribus ignotas, plura scilicet experimenta & majorem de affinitatibus plantarum cognitionem, tandemque uberiorius percepimus, quomodo sensus, olfactus puta & gustus, virtutibus vegetabilium investigandis, inserviant, adeo ut, ordine cuiuscunque plantæ naturali cognito & collato cum *odore* ejusdem & *sapore*, non adeo facile nobis persuadeamus, hanc vel illam herbam alienam ab illa exercere virtutem, quæ sensuum ope investigata fuit. §. 5.

## §. 5.

Hæc omnia considerantes, non possumus non a REGIO COLLEGIO MEDICO submisse petere, ut ÆSCULAPII Satellites, primo præcipue- que: *Species morborum cognoscere*, secundo, *quantum fieri potest*, *Medicamentis uti sim- plicibus*, tertio denique, *justa & sufficienti dosi simplicia præscribere jubeantur*. A Medicamentis enim heroicis, narcoticis, vomitoriis & purgantibus, satis superque edocti, novimus, quantum periclitemur, si justo major sumatur dosis, nec non quam incassum foret, ea, dosi refracta, præscribere. Non si ne ratione itaque metuimus, ne mitiora fæ- piissime Medicamenta tam parva dosi præscri- bantur, ut naturam haud immutent; sed su- spendendo curam ægroti exspectando agant. Hujus rei veritatem plurimis corroborarem argumentis, nisi a scopo alienum esset. Quantum denique præconcepta illa opinio, de o- mnibus excludendis VENENATIS, incrementa Medicinæ impediverit, incredibile est dictu, cum tamen optimum Medicamentum, majo- ri Dosi sumtum, in venenum fæpius verta- tur, & præsentissimum vicissim venenum, justa dosi adhibitum, præstantissimam Medi- cinam ferat.

## §. 6.

Atque pauca hæc, quæ jam allecta sunt, abusui ostendendo Medicamentorum sufficiant:

Si

Si vero ad Officinas nostras regrediamur, vi-debimus, tabernas earum multitudine, quod dolendum est, Medicamentorum gravatas esse, quibus Medici nunquam utuntur, quid? quod multa horum Pharmacorum nomine insigniri non debent. Multas quoque Pharmacopolæ colligunt asservantque partes plan-tarum inutiles, non considerantes, præstan-tissimam virtutem in una tantum earundem parte residere.

### *EXCLUDENDA.*

Itaque sunt seqventia:

**ACETOSÆ HISPANICÆ** *Radix* superflua, ratio-ne Radicis Acetosæ nostratis.

**ACETOSÆ ROTUNDIFOLIÆ** *Herba*, Nostrate Her-ba debilior, adeoque illam merito rejicimus.

**ACORI VERO** *Radicem* ex utraqve India accer-sere opus non est, dum Europa Calamum vulgarem nobis copiosissime offert.

**ADIANTHI AUREI** *Herba* valde inutilis.

**AGERATI** *Herba* destitui possumus, cum me-liores habeamus.

**AGNI CASTI** *Semina* nimis dubia & incerta.

**ALKEKENGI** *Herba*, *semina* superflua, Baccæ vero sufficietes.

**ALTHEÆ** *Semina* Radicis vi carent.

**ANGELICÆ SATIVÆ** *Herba* inusitata, præcipua enim vis latet in Radice & Seminibus.

**ANTIRRHINI** *Herba* superstitione introducta.

**ANTHOPHYLLORUM** vis eadem ac Cariophyllorum Officinarum adeoque superflua,

AQ-

AQUILEGIÆ *Herba* dubia & suspecta.

ARI *Herba* valde inutilis est.

ASARI *Semina* ambigua sunt.

ASPALATHI *Lignum* superfluum.

ASPHODELI *Radice* carere possumus.

ATRIPLICIS SATIVÆ *Herba* (Sicca) uti non debemus, viridis vero *Herba* culinaris.

ATRIPLICIS SYLVESTRIS *Herba* dubia.

BECCABUNGÆ *Herba*. Succus ejusdem e viridi *Herba*, uti reliqui Succi expressi, suam præstare potest utilitatem, non vidi mus autem quo jure herba exsiccata usui Medico inservire possit, licet a quibusdam magnopere laudata fuerit.

BFHEN ALBI *Radix* in Arabum tantum compositionibus adhibita fuit, præterea valde dubia.

BEHEN RUBRI *Radix* hujus ævi Medicis inusitata.

BORRAGINIS *Herba*, *Flores*, conspicua quadam vi Medica non gaudent.

BRASSICÆ RUBRÆ *Semina* minus necessaria.

BRYONIÆ *Baccæ*, *Semina* dubia.

BUGLOSSI *Radix*, *Herba*, *Flores* abesse possunt, Medica enim eorum virtus ambigua.

CALENDULÆ *Semina* inutilia.

CANARIENSE *Semen* præstans avium nutrimentum, Myropolis relinquendum.

CARDUI BENEDICTI *Semina* minus probata.

**CARPOBALSAMUM** *fructus* rarus & virtute medica vix conspicuus.

**CASTANEÆ** *Fructus* culinare, *Cortex* vero anceps.

**CATAPUTIÆ MINORIS** *Seminum* usus haud fidus, hodie exolevit.

**CENTUM NODIÆ** *Herba* præcipua quadam non pollet virtute Medica.

**CEREFOLII** *Semina* in morbis nunquam usurpantur.

**CHELIDONII MINORIS** *Herba* oleracea.

**CICHOREI** *Semina* nullius usus.

**COCHLEARIÆ** *Semina* inutilia.

**CONSOLIDÆ MAJORIS** *Herba* & *Flores*, eadem qua Radix non pollent virtute, adeoque inutiles.

**CONSOLIDÆ MEDIÆ** *Herba* incerta.

**CONSOLIDÆ REGALIS** *Flores* inusitati in locum Florum Violarum substitui non debent.

**CUPRESSI** *Lignum* nullam meretur fidem.

**CYANI** *Flores* missi fiant.

**CYPERI ROTUNDI** *Radix* abesse, Longi vero Radix eadem pollens virtute, asservari potest.

**DAUCI SYLVESTRIS & SATIVÆ** *Semina* (distincta). Minus necessarium dicitur, utriusque distincta servare femina, ex alterutra tantum collecta sufficiunt, cum iisdem gaudеant viribus.

**ENDIVIÆ** *Semina* inutilia.

ENU-

ENULÆ *Flores* vi Radicis non pollutæ  
ERYNGII *Herba* excludenda, *Radix* tantum  
affervanda.

ESULÆ *Herba* supervacanea. *Radix* una cum  
*Cortice* ejusdem sufficiens.

EUPHRASIÆ *Herba* valde dubia.

FAGI *Fructus* rejiciuntur.

FUMARIÆ *Semina* obsoleta.

FUNGUS BEDEGUAR Pharmacum dubium.

GALANGÆ MAJORIS *Radix* rejici quidem pot-  
est, & *Minoris* tantum *Radix* affervari,  
cujus vis & major est & suaveolentior.

GALEGÆ *Herba* a Medicis magnopere qui-  
dem laudata fuit, nescio tamen, annon sa-  
tis fida sit?

GRANA PARADISI & Cardamomum ea inter-  
se junguntur affinitate, ut a Medicis pro-  
miscue usurpari possint.

GRANA TIGLIAE vel TILLI draistica & inu-  
sitata.

HEPATICÆ ALBÆ *Herbae Florumque* vis in-  
cognita.

HEPATICÆ NOBILIS *Flores* præcipua quadam  
vi Medica non gaudent.

HERMODACTYLI *Radix* tanquam Specifica in  
Rheumatismo & Amaurosi laudata, vis au-  
tem ejus nondum satis approbata fuit.

HIRUNDINARIÆ *Herba* eradicanda & *Radix*  
tantum servanda.

**HYOSCYAMI** *Radix* Medicamentum omnino  
incertum.

**HYSSOPI** *Semina* nunquam usurpantur.

**LACTUCÆ** *Herba* culinaris.

**LAPATHI** *ACUTI* *Herba* superflua.

**LAVENDULÆ** *Semina* minus necessaria.

**LILII** *Antheris* instar insigne Emmenagogon  
utuntur quidem Medici, nobis tamen aliis  
eiusdem virtutis debiliores sunt.

**LITHOSPERMI** *Semina* incerta porrigunt Medi-  
camenta.

**MAJORANÆ** *Semina* nunquam præscribuntur.

**MALVÆ ARBOREÆ** *Flores*, *Semina* omnino ab-  
esse possunt.

**MALVÆ VULGARIS** *Semina* Radicis vi carent.

**MELISSÆ CITRINÆ** *Semina* inutilia.

**MELISSÆ TURCICÆ** *Herba*, *Semina* superflua.

**MENTHÆ SYLVESTRIS** *Herba* rejicienda, qua-  
tenus satis Menthæ Crispæ habemus.

**MILII** *Semina* tanquam inutilia in Medicina  
rejicienda.

**MORSUS DIABOLI** *Herba*, *Radix* tanta vi Me-  
dica prædicta non fuerunt, quin hisce me-  
liora haberi possint Pharmacæ.

**MYROBALANI** *facile omnes*, a nobis præscribi  
non debeant, rarius enim iis utuntur, &  
præterea corrupti plerumque ad nos mit-  
tuntur.

**NASTURTI INDICI** *Herba* culinis cedat.

NUCES AQUATICÆ culinares potius quam Medicæ.

PASTINACÆ *Radix*, Hac carere omnino possunt Pharmacopolæ.

PAVANÆ *Ligno* carere possumus.

PENTHAPHYLLI *Herba* superflua.

PERFOLIATÆ *Herba*, *Semina* sat fida non sunt Pharmacæ.

PETASITIDIS *Flores* incerti.

PHASEOLI *Semina* culinis relinquenda.

PIMPINELLÆ ITALICÆ *Herba*, *semina* ambigua.

PIMPINELLÆ ITALICÆ *Radix* adstringens quidem, sed quoniam multitudo fortius adstringentium Pharmacopolia replet, ejusque vis in Hydrophobia nondum explorata satis fuit, ea quoque excludenda.

PLANTACINIS LATIFOLLE *Radix*, *Herba* (sicca) superflua, semina vero ob vim suam adstringentem remanere possunt.

POLII CRETICI *Herba* rejicienda, licet a Capivaccio valde laudata fuit.

PORTULACÆ *Herba* culinaris, *Seminum* vero vis minus explorata.

PRIMULÆ *Herba* magis oleracea quam Medica.

PRUNELLÆ *Herba* adstringens quidem, tamen superflua.

PTARMICÆ *Herba* exul fiat, quatenus Millefolium eadem vi gaudet.

PULMONARIÆ Maculosa *Herbae* vis nondum satis explorata.

PULSATILLÆ *Herba* ceteris periculosior, & præterea vis ejus non adhuc satis distincte demonstrata fuit.

QUERCI *Glandes* rejici possunt.

RAPÆ *Semina* supervacanea.

RAPHANI *Seminibus* nec utuntur.

RHOEADIS *Herbam* missam facimus.

RICINI MAJORIS *Semina* incerta.

RORIS MARINI binæ in Officinis asservantur species, Hortensis una, Altera Hispanica, satis, esset, alteram retinere, alteram ejusque semina excludere cum iisdem viribus polleant.

RORIS SOL'S *Herba* adhuc in morbis incerta quamvis vi gaudent singulari.

RUBI IDÆI *Folia* omnino abesse possunt, ad conciliandam enim nigredinem capillorum nunquam præscribuntur.

RUSCI *Semina* incerta sunt Medicamenta.

SALVIÆ *Flores* & *Semina* rejicienda, Folia tantum colligenda.

SANTALUM ALBUM supervacaneum, Citrino debilius.

SAPONARIÆ *Seminum* vis incognita.

SATUREJÆ *Semina* obsoleta.

SAXIFRAGÆ ALBÆ *Radix*, *Herba*, *Flores*, *Semina* incertæ virtutis.

SAXIFRAGÆ RUBRÆ *Herba* minime necessaria, *Radix* quoque valde incerta,

SCABIOSÆ *Flores* satis incertæ.

- SCORZONERÆ *Semina* supervacanea.  
 SENNÆ *Folliculi* commode rejiciuntur, &  
 Folia tantum adoptantur.  
 SESELI CRETICI *Semina* ambigua simul ac su-  
 perflua.  
 SILERIS MONTANI *Semina* superflua, plura nam-  
 que eadem vi habemus præstantiora.  
 SPINACIÆ *Semina* quia virtutem ambigua.  
 TABACI *Semina* superflua.  
 TARMRISCI *Folia*, sufficiente *Ligno* & *Radicis*  
*Cortice*, omittenda.  
 TARXACI *Herba* absit.  
 THYMI CRETICI *Herba* raro quidem usurpa-  
 tur, licet Thymo Vulgari fortior, qui ta-  
 men sufficit.  
 THYMI VULGARIS *Semina* inusitata.  
 TORMENTILLÆ *Herba* effoeta.  
 TUNICÆ *Semina* a Medicis non usurpantur.  
 TUSSILAGINIS *Flores* incerti.  
 URTICÆ ROMANÆ *Semina* destitui possumus.  
 USNEÆ *Herba* superstitionis.  
 VERBASCÆ *Flores*, *Herba* imbecilliores, adeo-  
 que inutiles.  
 VERBENÆ *Herba* superstitione Veterum intro-  
 ducta, sat fidorum experimentorum expers.  
 VERNICIS *Resina* pictoribus relinquenda, nisi  
 servaretur pro Hæmorhoidibus laborantibus.  
 VICTORIALIS LONGÆ *Radix* superstitione intro-  
 ducta.  
 VIOLARIÆ *Herba*, minus tutum Laxans.

VITIS

VITIS Folia præcipua quadam virtute nondum confirmata.

## CAPUT POSTERIUS.

### §. 7.

Hisce exclusis, variæ adoptari possunt Plantæ, quarum vis recentioribus experimentis tam nota & patefacta fuit, ut de veritate eorundem ulterius dubitare haud fas sit, Quidam vero hanc forsitan injicerent objectionem, eas scilicet herbas *difficulter obtineri*, quæ in reliquis Europæ Officinis non servantur, forsan quoque aliorum *experimenta in dubium trahere* velint, cum satis experimentorum a nobis institutorum deest. Prius obstaculum facile superatur, si, solutis pecuniis, quibus omnia veneunt, locus Plantarum natalis cognitus fuerit; posterius vero haud approbandum esse existimamus, quatenus plurimum Nationum testimoiiis, ut & Virorum eruditissimorum certissimis experimentis superstructum est: Sin minus, quæ detecta & patefacta sunt in scientiis, nullius essent utilitatis. Præterea quoque Medicorum officium erit, omnem navare operam, ut, in morbis mortiferis, tam præstantia sibi acquirant Pharmacæ, ut commodo generis humani sufficient.

Hanc

Hanc ob causam Regii Collegii Medici censuræ, sequentia Medicamenta, e regno Vegetabili deprompta, summittere ausus sum, quæ antea a Pharmacopœis recepta non fuerunt, ut:

**ACMELLA** ex Insula Zeylon, ob vim diureticam & virtutem in *Calculo* singularem Seculo præterlapso satis cognita fuit, & si hæc deficeret, *Sigesbeckia* ejus in locum substitui potest.

**ACTEÆ Radix** in *Asthenia* sive Languore frigido, unicum tantum est Medicamentum, cuius, Americam septentrionalem inhabitantes, effectum detexerunt, teste Coldenio.

**ALKANNÆ Radix**, e Gallia Narbonensi, a Lithospermo Tinctorio desumta, minime prætereunda est, ob speciosam illam Tineturam, nec ejusque in locum *Anchusæ Officinalis* Radicem ab exteris accersere opus est.

**BACCÆ NORLANDICÆ** refrigerantes & simul cordiales sine pari, in febribus putridis eximiæ, nobis propriæ.

**BELLADONNÆ Baccæ** a Gesnero dudum in *Dysenteria* contagiosa usurpatæ fuerunt, nec veneni metus dissuadeat, dum moderata solum adhibeatur Dosis.

**BRITANNICÆ Radix**, juxta aquas crescens, in ulceribus Cachoëticis specifica, per to-

tum Regnum hodie cognita & approbata,  
virtute ejusdem a Nobiliss DNO PRÆSIDE  
demonstrata.

**CAMÆMORI** *Baccæ conditæ* quas Patria no-  
bis offert, uti Pharmacum in Febribus ar-  
dentibus, Scorbuto aliisque humectans &  
refrigerans eximum, minime negligendæ  
sunt, imprimis, quoniam præstantius ejus-  
dem virtutis medicamentum haud dete-  
ctum est, quin magis acidum adeoque ma-  
gis debilitans sit.

**CAMPESCANUM** *Lignum* a recentioris ævi  
Medicis in *Dysenteria* magnopere lauda-  
tum.

**CAMPHÓRATÆ** *Herba* e Gallia Narbonen-  
si, in *Hydrope*, teste Magnolio & Burleto,  
notissima, ut & in *Asthmate* humido, ex  
*Actis Parisinis* in *Rheumatismo*, *Hysteria*  
aliisque eximia, vi diuretica calida & su-  
dorifera.

**CASSINÆ** *Folia*, *Variolis* optimum Medica-  
mentum, fermentationem sanguinis nimis  
vehementem cohibens, nec tamen facul-  
tatem expulsivam penitus ligans, expecto-  
rationem promovet, pulmones tutatur, &  
impedit, ne invadant variolæ caput aut  
guttur. *Marloë*, apud *Dale Phamcop.* p.  
348. Magnum sane Medicamenti elogium,  
quod intactum non relinquant Medici.

**CEANOTI & LOBELIÆ Radices optimæ  
in Siphilitide, a noveboracensibus sylve-  
stribus Nationibus usitatissimæ, detectæ  
per DNUM Profess. KALM.**

**COLLINSONIA e Philadelphia, Canada, tan-  
quam specifica in Colica puerarum, a  
DNO Coldenio laudata, a Bertramio vero  
confirmata.**

**CORIDIS Herba e Gallia Narbonensi, Plan-  
ta amarissima, Arabum Catholicum in Si-  
philitide, teste Shavio.**

**CORYZÆ Herba Europæa, tanquam divinum  
quoddam Pharmacum in Dysenteria æsti-  
menda, confirmata a Ruthenis in expe-  
ditione contra Turcas.**

**COTULÆ Herba in passione Hysterica, Hy-  
drope, Astmate & Scrophulis eximia, teste  
Fullero.**

**DIERVILLA in Siphilitide satis proficua,  
quam Dnus Prof KALM detexit.**

**DULCAMARÆ Stipites, apud nos frequen-  
tes. Folia Solani in usum Pharmaceuti-  
cum olim collecta fuerunt, minoris autem  
utilitatis: sed per aliquot jam annos, ma-  
gno cum levamine usurpati fuerunt Stipi-  
tes, tanquam Medicamentum Sanguinem  
mundificans, in Decoculis Mundificanti-  
bus & Lochia pellentibus, ut & in mor-  
bis Arthriticis præscripti.**

**ELATERIUM ALBUM**, Heroica Medicina, a veteribus usitatisima, diu neglecta ob veneni suspicionem, revocata per Listerum, hodie famam & auctoritatem afferuta est.

**FABA IGNATHI**, ex Insulis Philippinis, in febribus exanthematicis, & intermittentibus, inque morbis *soporosis*, *Asthmate* & *Ecclampsia* egregium Medicamen.

**FUNGUS MELITENSIS** e Sicilia, Melita, Mauritania, cuius vis in *profluviis Sangvineis* cetera magnopere superat Pharmaca, laudatus a Boccone, confirmatus vero in Actis Bononiensibus.

**GALIUM LUTEUM** cuius *coma florifera* Celeb. D. Jussæus quotidie in Passione *Hysterica* cum fructu usus est.

**GEUM PALUSTRE** ab incolis Americæ septentrionalis in febribus intermittentibus loco Chinæ magno cum fructu usurpatum, teste D. Prof. KALMIO, confirmatum experimentis D. Cand. Bergii. In gratiam pauperum omnino colligendum esse existimamus.

**HYPOCISTIDIS Succus** ex Europa Australi & imprimis Hispania, in morbis *evacuatoriis* insignis.

**JUGLANDIS Fruetus** contra vermes; & diffipimenta quoque fructuum, apud Hibernos olim in *Dysenteria castrensi* specifica, negligenda non sunt.

LAPATHI SANGINEI *Radix* inter omnia  
Lapatha maxime tonica, in *Dysenteria* exi-  
mia, facillime in hortis nostratis cre-  
scens.

LAURO-CERASI *Folia* per Belgum usitatis-  
fima in infuso in *morbis pulmones depa-*  
*scentibus.*

LINI CATHARTICI *Herba* laxans, in *mor-*  
*bis Nephriticis, febribus intermittentibus,*  
ut & in *Hydrope* præstans, Medicorum  
libris notissima.

LINNÆÆ *Herba* per Norlandiam in *doloribus*  
*Rheumaticis Ischiaticis* interne & externe  
usitatissima.

MELISSA CANARIENSIS, ab odore ejus  
fragrante Camphorato, ad virtutem ejus  
maxime resorbentem facile concludere pos-  
sumus.

MONARDÆ *Herba* ad sedandas *febres in-*  
*termittentes* in America Boreali per totam  
Nationem usurpatur, teste D. Prof. KAL-  
MIO.

MUSCUS CANINUS tanquam Specificus in  
*Hydrophobia*, a Sloaneo & aliis procla-  
matus.

MUSCUS CUMATILIS contra *vermes inte-*  
stinorum, rusticis nostratis tritissimus &  
heroicus.

MYRTI BRABANTICI *Herba*, in *Scabie*, Eu-  
poriston Simonis Pauli.

PEDICULARIS *recens* imprimis & *viridis*, quondam in *fistulis* & *ulceribus* *sinuosis* a Schwenckfeldio demonstrata, nuperrime vero in Act. N. C. confirmata.

PERAGUÆ *Folia*, vomitoria, purgantia & sudorifera ratione Doseos, a Robinsonio in *Colica Nephritica* & a Marlovio in *Diabete* tanquam specifica approbata sunt, locum fane merentur.

PHYTOLACCÆ *Succus* specificus in *Cancro*, per totam Europam nuper innotuit.

PROFLUVII *Radix* in *alvo fluente*, confirmata a Societate Edimburgensi, ex Asia petenda.

RIBES NIGRUM, cuius vis pellens singulare plane & in Medicina Boum decantatissima, a Pharmacopœis colligi debet.

SAPONARIÆ *Nuclei* in *Chlorosi* Specifici, adoptari possunt.

SCROPHULARIÆ AQUATICÆ *Herba*, instar corrigens Sennæ, ex Actis Parisinis, Boerhavio aliisque laudata.

SENEGÆ *Radix*, e Virginia, contra *febres inflammatorias* & *morsus Serpentum* valde præstans, satis superque demonstrata a Tenent. Laus ejusdem Medicamenti, a singulari suo sapore, acidulo nempe & calidissimo, confirmatur.

SERPENTUM *Radix*, Ophioriza dicta, Ligno Colubrino in Pharmacopoliis præferenda.

renda, cfr. D. D. Darelii Diff. de *Ligno Colubrino*.

SOPHORA ex India, omnium præstantissimum in *Cholera* Pharmacum, a Rumpfio demonstrata.

UVÆ URSI *Folia* tanquam Pharmacum corroborans & adstringens validissimum.

VITIS IDÆÆ *Baccæ* indigenæ quoque & maxime refrigerantes.

VULVARIÆ vis in passione *Hysterica* a Fulero usitata.

S. D. G.

Wälment Yttrande

Wid.

*Hr Auctorens och Respondentens*

Första Academiska Arbetes berömliga framgifwande,

När upodlat Snille, inlindat i Dygd,  
Förmeras alt stadigt, och hafwer sin skygd  
Hos Dyrkar af ådlaste Slögder;  
Då kan ej bli' svårt, at fåga förut,  
Hwad mödan wil gifwa för önskeligt slut  
På Swettand' och Arbetes Högder.

Låt wara! at någon skull' fåga emot,  
Hår gifwes ju Låkdom för åfwen den Sot  
Som Momus ståds' söker utbreda;  
I thet han uttyder så illa alt godt;  
Hålst hwad som en grönskande fågring har fådt,  
Och kan til god upkomst sig leda. Hwem

Hwem skulle förneka et Solklart bewis?  
 Och såga: den icke förtiente sitt pris,  
     Som tappert i Bard-lek sig wifar;  
 Som faktar på Karlewis duktigt och braf,  
 För Orått ej gier sig til uslaste Slaf;  
     Men skympfen med Hielv-mod affpisar.

Befinnes nu thetta ha stadiger grund,  
 Monn' tro then ej medgier, som hålls för sund  
     At Huswud-brott åfwen bör aktas?  
 Når moget Bepröfwande kommer thertil,  
 Som genom Urskilljande aldeles wil,  
     Från Ondo thet Godo skall waktas.

Alt thetta Herr Auctoren nagelgrant märkt,  
 Tå Han gier i Ört-Riket prof af et Wårk,  
     Hwars Inn'håll Han wåldigt förswarar.  
 Then Flit och thet arbet Han anlagt hårpå,  
 Gör, at Han ock billigt bör Lof-ord undfå  
     Af Lårdom, Han idogt bewarar.

Min Önskan blir therför, at se Ehr ernå  
 Det mål, dit J stigen så hurtigt uppå,  
     At lyckliga kunna anlända:

Ni fän allaredan se klaraste Rön  
 Af wålförtient wittraste Konsternas Lön,  
     Den J kan til heder anwända.

Fullföljen Ehrt upsåt! J hinnen dock fort  
 Til Helicons Berg, och thefs nögsamma ort,  
     Ther sötaste Frukter J hämten  
 Af osparder mōda, af alt Ehrt beswår:  
 The samlade Blomster med tiden wist lår,  
     Bli prydnad för Hatten, J wánten.

Pehr Hellman.

